

Deum per illas agere. 2º *Immediatè autem agit, quia etiam per sese et virtutem suam infuit in talen actionem seu effectum.*

410. — *THEISIS II. Concursus divinus, qui est simultaneus, fit per modum actionis, imo est aliquo modo ipsa cause secundæ actio quatenus a Deo immediatè procedit.*

Nota I. Concursus Dei in se spectatus est actio immans seu ipsa Dei voluntas; dum consideratur ratione effectus, transeunti æquivalent actioni, et est aliquid ad extra. De hoc concursu transeunte in creatura recepto agitur.

Nota II. Hic concursus naturalis non potest esse aliquid aliud quam actio vel principium actionis; nam prater haec duo nihil reperitur in causa efficiente, ut efficiens est, quod ratione concursus habere possit. Non desunt auctores, recentiores Thomistæ presertim, qui tenent illum concursum, diversum ab auxilio gratia, esse aliquid per modum principii. Contra hanc sententiam, presentem thesim propagamus.

Probatur prima pars: Concursus est aliquid per modum actionis. Concursus Dei, quatenus est aliquid ad extra, debet per se ac immediato influere in actionem creature: agitur enim de concursu adequato; et revera actio cause secunda, non secus ac effectus quilibet, habet aliquid entitatis participate, ac proinde haec ratione a Deo manans. Atque actio creature, à Deo sic immediate prodicens, non potest esse aliquid ad sumum terminum tendens, quominus simul concursus, qui in ea includitur, ut ad eundem terminum tendens concipiatur. Ergo haberet debet ut aliquid tendens ad sumum terminum, seu aliis verbis, concurrit, per modum actionis.

Probatur secunda pars: Concursus est ipsa actio cause secunda, quatenus etiam a Deo immediate penderet. Est sententia communior, cui tamen plures relinquentur. Concursus est aliquid per modum actionis. Atqui actio, quæ est ipse effectus prout actu fit, est numero unica et indivisibilis respectu cause primæ et secundæ. Si alia enim esset actio Dei et alia actio creature, Deus cum creatura reapsè

non concurreret, et effectus immediatè a Deo non procederet. Ergo.

411. — *Corollarium. Causa prima concipiatur ut causa totalis, dum causa secunda concipiatur etiam ut causa totalis, sed dependens et prima obnoxia. Effectus seu hoc unica actio, est aliquid indivisibile ordinem dicens ad utramque causam, et exindè utraque causa totalis est, et suo modo totum effectum causat.*

* De promotione physici. Thomistarum.

412. — *Celebris est inter philosophos et theologos controversia, utrum præter simultaneum concursum requiratur insuper influxus aliquis quo Deus causas secundas moveat et determinet ad agendum, earumque actiones præveniat prioritate nature et causalitatē.*

Thomisticus ab angelici Doctoris mente deviantes, ut dicunt eorum adversarii, *præventionem physicam* induxit, quod Deus omnes actiones creaturarum sive necessarias sive liberas præmovet per quamdam applicationem physicam et realē ad agendum. Nisi adesset hæc divina præmotio, nulla prorsus, juxta ipsos, foret creaturarum actio. Hæc præmotio, quatenus actionem praecedit canique determinat, seu potentiam activam ex indifferenti reducit ad actum determinationis, dicitur *prædeterminationis*. *Prædeterminationis* ergo seu præmotio est aliquid præviū actioni creature. Deus ad effectus quoscumque immediatè concurrit, etiam communicando causis secundis virtutem speciem, a qua eruditur immediatè actio cause secundæ.

Quanam sit natura hujus præmotionis seu virtutis impetrata? id non uno modo traditur a variis assertoribus hujus opinionis. 1º Juxta Estium, est ipsa creature actio, ut a Deo prius procedens prioritate nature quam concepiatur a cause secunda procedere. 2º Juxta Joannem a S. Thoma, est qualitas potentia activa tributa, sed transiens cum ipsa operatione cause secundæ et ab eadem distincta, qua prima causa movet, determinat et impellit secundam ad agendum. 3º Denique juxta plerosque Thomistæ, *prædeterminationis* est aliquid ens (non actio cause secundæ aut qualitas activa) incompletum, cum operatione cause secundæ transiens, et ejus virtutem activam com-

plens ad operandum. Quid sit illud ens? id non omnino distinctè explicant.

413. — THESIS. *Premotio physica non est admittenda.*

Probatur. Sententia quæ adstruit rem prorsus inutilem, libertati create nocivam, divinae sanctitati plus minusve repugnantem, eliminanda est. Atqui talis videtur sententia quæ premotionem physicam adstruit. Ergo premotio physica non est admittenda.

1^o Est *inutilis*, nam sine tali premotione, causa secunda est proxime disposita ad agendum cum ordinario Dei concursum, qui etiam sufficit ad explicandam essentialiē causæ secundæ subordinationem respectu prime. Ergo videtur inutilis, ac proinde eliminanda, juxta effatum Scholæ: Eta non sunt multiplicanda sine necessitate.

2^o Est *nociva libertati*. Libertas consistit in indifferentiâ, qua voluntas potest agere, vel non agere, et hunc vel illum actum pro libito et arbitrio exercere. Atqui illa prædeterminatio physica hanc indifferentiā perimit, siquidem ante omnem voluntatis consensem hanc facultatem determinat ad actum. Ergo ex hoc secundo capite est etiam eliminanda.

3^o *Repugnat sanctitati Dei.* Hac præmotio physica, ut dicunt adversarii, Deum auctorem peccati facit; id enim erunt, ut corollarium, ex superiori parte probacionis. Ergo sententia Thomistarum sustineri nequit.

Verum Thomista aeriter repellunt has criminationes, hoc præcipue fulti axiome: Deus movet unumquodque secundum proprietatem ejus. Porro cum agitur de causa libera, Deus, ut ait, voluntatem movet ad hoc ut deliberet, et per electionem se determinet. Ergo non destruit libertatem, nec proinde Dei sanctitati repugnat; immo rejecta hac prædeterminatione, Deus non esset amplius causa prima (1).

At argumentum non cogit; nam si Deus concursum dat ad modum voluntatis, debet dare auxilium natura sua indifferens ad diversos actus, siquidem libertas componi nequit cum determinatione ad unum. Hinc sicut voluntas

(1) Vide Goudin, *Méthaph.*, q. IV.

libera est indifferens, ita concursus debet esse indifferens non autem prædeterminans. Sed fusor de hac re disputatio ad Theologiam supernaturalem pertinet.

ARTICULUS II.

De causa finali.

I. De notione causa finalis.

414. — Nomen *finis* metaphoricum est, desumiturque, ait Frassen, ab ipsis agrorum terminis. Ut enim limites, agrum, sic finis operationem agentis terminat: quo sensu ab Aristotele accipitur pro eo quod mouet agens ad agendum. Finis ergo est *id propter quod vel ad quod aliquid fit*.

415. — THESIS I. *Finis est vera ac proprie dicta causa.*

Probatur. Illud est causa propter quod alterum est. Atqui effectus est propter finem: sic, v. gr., propter *satisfactiōnē* est sumptio medicinæ. Ergo finis est vera et proprie dicta causa.

Major constat: illud enim est causa per quod responderetur ad questionem *propter quid res sit*; porro huic questioni respondetur per causam finalē.

Minor etiam patet. Finis enim vere mouet agens ad operandum, ita quid si non moveret, agens non ageret, nec proinde fieret effectus. Ergo, etc.

416. — THESIS II. *Omne agens agit propter finem.*

Nota I. Omnibus rebus præstitutus est aliquis finis in quem quaque, sicut diversè, suis actionibus tendunt.

1^o Quaedam agentia *formaliter* agunt propter finem: ea sunt quae finem cognoscunt sub ratione finis, uti omnia agentia ratione predita.

2^o Quaedam agentia tendunt in finem non cognoscendam, ita finem, neque *proprietatem* medium cum fine, sive in eum proprio motu, sive alieno dirigatur; tunc *materialiter* agit propter finem, uti bruta et agentia sensu destituta, quae auctore nature dicuntur. Sed bruta, ut ait S. Thomas, in finem tendunt *executivē* et *apprehen-*

sive, quia aliquam finis cognitionem habent : v. gr., equus querens pabulum ; dum agentia sensu destituta *executivæ* tantum finem appetunt : sic sagitta se habet ad scopum.

Nota II. In propositione assertur omnia agentia sive sensu destituta, sive sensu et intellectu predita agere propter finem.

Probatur. Agere propter finem, idem est ac habere aliquid sua operationi praefixum, in quod tendat impetus agentis. Atqui enjuscumque agentis motus ad certum aliquem effectum tendit, siquidem non indifferenter se habet ad multa, seu non omnes effectus sunt ei indifferentes. Ergo omnia agentia agunt propter finem.

417. — *THESIS III.* *Finis in ordine causarum est prima, non tamen ut terminans, sed ut movens.*

Probatur prima pars. Prima dici potest ea causa quae non potest subtracta, quin aliae corrumpant. Atqui subtracto fine agens non operaretur. Ergo, etc.

Probatur secunda pars. Verumtamen finis hic non consideratur ut terminans, nam sub hoc respectu non est causa. Etenim omnis causa, sub ea ratione qua causa est, intelligitur esse prior suo effectu. Sed finis, ut terminans operationem, non intelligitur ut prior illa operatione : sanitas, v. gr., est aliud sumptio medicinam posterius. Ergo finis ut terminans non est causa, ac proinde ut movens tantum *causal*.

418. — *THESIS IV.* *Qui vult finem, velle debet et media.*

Probatur. Non potest finem reapsò velle, qui ea sine quibus finis haberi nequit, velle reconsat. Atqui haec sunt media. Ergo qui non vult media sine quibus finem assequi non potest, finem, saltem in quantum finem, realiter non vult.

II. De variis divisionibus causa finalis.

419. — Finis dividitur 1° in finem objectivum et finem formalem, seu *finem quo*. Finis *objectivus* est res in qua ratio boni desideratur inventur. Finis *formalis* est ipsa ratio aedictio. Sic finis objectivus avari est pecunia; finis formalis est pecunie possessio.

2° Finis etiam dividitur in finem qui et in finem cui. Finis qui est ipsum bonum propter quod fit actio : v. gr., sanitas in curatione. Finis cui est subiectum cui bonum illud volumus : v. gr., homo cui procuratur sanitas.

3° Dividitur in finem operis et in finem operantis, seu, alias verbis, in finem *intrinsecum* et finem *extrinsecum*. Finis *operis* est id ad quod opus natura sua ordinatur : v. gr., finis actus sanandi est sanitas. Finis *operantis* est id quod agens intendit : v. gr., lucrum pro actu operari. In agentibus naturalibus seu necessariis idem est finis operis et finis operantis; sed in agentibus liberis saepè inter hos fines est diversitas : finis enim architecturae est habitatio, dum finis architecti est lucrum, fama, etc.

4° Dispescitur in finem proximum, intermedium et ultimum.

Finis *ultimus* is est propter quem extera volumus, ipsum verò propter se tantum : ad ultiorem finem hic non ordinatur. At id dupliciter intelligi potest : vel enim ad aliud non ordinatur *ab operante*, et sic sanitas est finis ultimus quem intendit ager qui medicinam cibit; et hic finis dicitur ultimus *secundum quid*; vel non ordinatur *ex se et natura sua*, et tunc dicitur finis ultimus *simpliciter* : sic Deus est verò omnium finis ultimus, quia ad Deum omnia ordinantur, dum ipse ad nullum aliud ordinem dicitur.

Finis *intermedius* est id propter quod aliud volumus, et quod ulterius vel ab operante vel ex se ordinatur.

Finis *proximus* est id quod proximè et immediate intenditur.

Ex : Quando quis corpus suum affligit propter virtutem, quam querit ut placeat Deo, Deus est finis ultimus hujus coercitionis, *virtus*, finis intermedius, denique *refractio passionum* est finis proximus.

Finis proximus est medium ad finem intermedium; hic autem est etiam medium ad finem ultimum : nūdē in tantum habent rationem cause finalis in quantum habent rationem medi.

420. — In hac ordinatione mediorum respectu unus ultimi, qui est ratio propter quam media amantur et adhi-

bentur, duplex ordo distingui debet : ordo *intentionis* et ordo *executionis*.

In ordine intentionis, id quod primum intenditur est finis, dum in ordine executionis primum est medium magis remotum respectu finis. Hinc effatum Scholasticorum : *Quod est primum in intentione est ultimum in executione.*

Intentio enim est actus voluntatis qui circa finem et medie versatur; porro voluntas intendit primum finem, ad cuius adiunctionem tantum vult media. Atqui executio nonnisi per media adipiscitur finem. Ergo finis, qui est ultimus in executione, est primum in intentione. Ex. : Architectus qui domum edificare vult, debet etiam velle aedificationem parietum, coadunationem lapidum et cementi, etc. Primum quod intendit, est finis seu dominus ut aedificata; vult prouinde extirctionem parietum, et propter hanc voluntatem vult coadunationem lapidum. Sed in ordine executionis, debet primum coadunare lapides, postea extruere parietes, ac denique totam domum perficere. Finis ultimus igitur est id quod primum existit in intentione, licet ultimum veniat in executione.

ARTICULUS III.

De causa materiali et formalis.

I. De materia.

421. — Materia est id ex quo aliud fit. Universum sumpta concipitur ut imperfectum quid et indifferens ad multas determinaciones : generatim ergo in aliquo composto sit *res percipienda*.

Materia a Scholasticis trifariam distingui solet : materia ex qua, in qua, circa quam. 1^o Materia *ex qua* dicitur id omne ex quo tanquam ex subiecto fit aliud : sicut ex auro fit statua. 2^o Materia *in qua* dicitur id in quo, tanquam in subiecto, forma recipitur : sic nix est albedinis sibi inherentes materia in qua. 3^o Materia *circa quam* dicitur id omne circa quod agens aliud operatur : sic lignum et materia circa quam ignis agit.

Materia etiam dividitur in primam et secundam. Materia dicitur *prima*, quando consideratur prout est in

se, et quatenus nec aliqua forma vestitur, nec ad formam recipiendam aliquibus praeviis dispositionibus afficiatur. *Secunda* vero nominatur dum aliqua forma aut dispositionibus ad eam recipiendam induitur.

Materia physica prima dicitur *subjectum primum*, ut distinguatur a qualibet composito, ac proinde est substantia physice incompleta, a *forma substantiali* determinabilis ad faciendum corpus naturale.

422. — THESIS. *Materia rationem habet vere cause.*

Probatur. Causa dicitur quidquid aliquo modo influit in productionem aliquius effectus. Atqui materia est omnino requisita in illo composito quod dicitur effectus, adeoque influit in esse ipsius : v. g. marmore influit in esse statua Cesaris. Ergo materia rationem habet vere cause.

Effectus resultans ex materia et forma est compositum constans ex utroque principio unum aliquid constitutente, ac proinde in *illo composito* fit mutua communicatio proprieatis entitatis tum materia, tum formae.

423. — *Scholium.* Quando materia consideratur respectu formae que ab ipsa non educitur, non est causa materialis, sed tantummodo conditio ut illa fiat : v. gr. corpus humanum respectu animae est quidem *subjectum*, non vero causa materialis.

424. — Materie et forme causalitatis est influxus quo simul unite concurrent ad constituendum compositum, illa per modum subiecti *actuali*, hec per modum, forme *actuantis*. Hie influxus est realis et physicus, nam istae cause sunt vere physice.

II. De forma.

425. — Forma est id quod materiam perficit seu determinat ad quamdam perfectionem. Inde in aliquo composito est *res percipiens*, quapropter solet definiri : *id per quod aliud fit*, nempe id quo materia determinatur in aliquo genere entitatis ; unde dicitur etiam *ratio essentiae* seu compositi. A scholasticis quandoque *actus* appellatur, quia composito dat ut actus sit tale ens.

426. — Hie forma dividitur in *artificiale*, qualis est forma statue ex marmore, et in *naturalem*, ut anima. Hieo

iterum duplex est : alia est *accidentalis*, quae advenit composito seu subiecto constituto, ut color; alia est *substantialis*, quae advenit materia, ut cum ea compositum *substantialis* constitutum : puta, animus humanus.

Forma substantialis generatim definitur : *Substantia physice incompleta materiam determinans ad faciendum cum ea corpus naturale*. Forma substantialis est physica incompleta, sed completa metaphysica; suo enim genere constat et differentia. De hac forma fusius agemus in Cosmologia.

Ista formae omnes sunt et dicuntur *physicae*.

427. — Sed praeferas has formas aliæ enumerari debent :

1^o Forma *metaphysica*, quae abstractione mentis ut formæ concipiuntur. Quando res una eademque intelligitur diversis conceptibus quorum unus in hac re referit aliquid ut perfezionem aut determinandum, et alter exhibet id quod perficit et determinat, hic conceptus respectu alterius vicem formæ gerit, V. gr., in definitione alienus rei, *genus* representat aliquid determinabile, ac proinde habetur at materia perficienda; *differencia* est id quod determinat, ac proinde est forma perficiens materiam.

2^o Forma *analogica*. « In composito ex partibus integrantibus, formæ dicuntur respectu ceterarum partes illæ, quæ ceteris complementum affere videntur. Ita caput in homine... Universum id quod rei ad plura in differenti tributum destinationem, usum, efficaciam determinatam, formæ dicitur per *analogiam*. Hoe pacto pro multis dicitur forma legis, et theologi in sacramentis materiam et formam distinguunt. » (P. Tongiorgi, *Ont.*, 307, 3^o).

428. — **THESIS.** *Forma saltem physica est causa propriæ dicta.*

Probatur. Compositum a sua forma habet ut sit id quod est (241); forma enim dat composito esse tam essentiæ quam existentiæ, illudque constituit in certo gradu entium. Atqui id quod alicui dat ut sit tale ens, profectio in illius esse influit, et idcirco habet rationem cause. Ergo forma est vera causa.

III. De causa exemplari.

429. — Ad causam formalem revocari potest causa exemplaris, quatenus hujus causalitas in hoc solum consistit quod per imitationem passivam concurrit ad dandam similem formam et speciem effectui. Verumtamen exemplar ad causam efficientem revocatur a Suarezio et aliis communiter, quia concurrit ad opus in quantum artificem reddit aptum ad agendum; conspirat enim *dirigendum*; itaque est quedam causa efficientis moralis. Sed prætermissa disputatione hac, quo querunt utrum exemplar magis propriè dicatur causa efficientis quam causa formalis, inde leon causa exemplaris breviter explanebimus.

Quod vero ad nomen attinet, *exemplar* idem significat ac *idea* : « Idea grecæ, ut ait S. Thomas post S. Augustinum, idem est ac forma vel species, in lingua latina. » Potest ergo exemplar definiri : *conceptus objectivus in cuius similitudinem fit aliquod opus ex intentione operantis*. Diximus *conceptus objectivus*, nam est forma preconcepta quam agens respicit et intuetur, dum operator; est simul conceptus et objectum conceptuum; et revera dum imitationem exemplaris querit agens, ejus conceptus formales, terminantur ad hunc conceptum objectivum.

Planiori modo potest etiam describi causa exemplaris : *id ad quod respicit agens dum operatur, ut ad ejus imitationem producat effectum*.

Ex his definitionibus constat sola agentia intellectu prædicta exemplaribus ideis uti posse. Patet etiam haec agentia eminenti effectu perfectionem præcontinerero.

430. — Duplex solet distingui exemplarum 1^o aliud *externum*, ut est imago vel scriptura oculis objecta, que imitanda proponitur, et 2^o aliud *internum*, quod anima seu mente formatur. Exemplar internum habet propriè et perse causalitatem veram, nam exemplar externum non nisi per internum causalitatem exemplaris habet. Prima definitio, quam tradidimus, respicit solum exemplar internum.

431. — THESIS *Exemplar est vera causa.*

Probatur. Ars ad opera artificia concurrevit ut vera causa. Atqui concurrere nequit nisi per exemplar quo operans dirigitur in suo opere. Ergo exemplar ad opera arte facta concurrevit ut vera causa.

CAPUT V.

DE ENTIUM PERFECTIONIBUS.

432. — Perfectio dicitur id omne quod ens aliquo modo compleat : perficeri idem sonat atque ex integro facero ; et ideo aliud dicitur perfectum quia integrum. Realitates igitur quibus ens obtinet suum complementum , partiales ejus perfectiones constituant , quarum cumulus constitutum perfectum totalem.

Ratio perfecti expostulat ut enti nihil desit vel 1º secundum esse proprium , vel 2º secundum naturalem inclinationem ad finem . Est igitur perfectum tum 1º ens quod finem assequitur tum 2º ens aptum fini assequendo.

Hinc regula omnis perfectionis est finis : hæc regula est simplex vel composta , prout ens habet unum finem vel plures fines coordinatos.

Perfectio reaps a bonitate non distinguitur ; nam ens prout aliquam habet realitatem , dicitur bonus , et pariter vi hujus realitatis seu perfectionis dicitur perfectum.

433. — Totalis perfectio entis est vel relativa vel absolute. Dicitur *relativa* quando in aliquo genere continentur ; vocatur etiam *qualificativa ac gradualis* ; dicitur *absoluta* quando est supra omne genus et in ipsa entis ratione. Hæc perfectio *entitativa seu transcendentalis* est integritas rei constantis omnibus quæ desiderantur ad ejus constitutionem in ratione talis entis : et hæc convenit *omni* prouerso enti.

Perfectiones partiales sunt vel simplices , vel mixte , seu *secundum quid* : sunt *simplices* quando earum conceptus nullam involvit imperfectionem ; v. g. intelligentia , justitia , sapientia , etc. Perfectiones dicuntur *mista* quando in suo conceptu aliquam continent imperfectionem ; v. g. facultas ratiocinandi.

Perfectio relativæ habet gradus , ac prainde potest esse vel major vel minor , sive extensivæ , sive intensivæ . *Extensivæ* major est 1º quando præstantioribus realitatibus con-

stituitur ; 2º quando finis est sublimior . Est *intensivæ* major quando 1º est ad finem assequendum magis idonea , atque 2º cumulatim possidet propria sui generis.

434. — Jamverò perfectiones entium *generaliores* que ad objectum ontologie pertinent , possunt considerari 1º quoad ipsam realitatem , 2º quoad existentiam existendique modum . Ens enim , ut constat ex d'ëcis (267) , potest concepi 1º prout est quadam realitas ; 2º prout existit ; quoicura diei potest perfectum quatenus illi nihil deest sive in ordine *realitatis* , sive in ordine *existentiae*.

Hinc caput præsens de perfectionibus entium in duos articulos dividemus.

ARTICULUS I.

De entium perfectionibus quoad realitatem.

435. — Ens aliquod spectatum in se , seu p̄ se realitate quoniam constat , est realitas quedam vel simplex vel composta ; in hoc ultimo casu exhibet aliquod totum ex partibus conlectans . Ens etiam aliquod concepi potest ut habens aliquam realitatem infinitam , et tunc ejus perfectio est *infinitas* , vel ut habens realitatem finitam , et tunc ratio finiti constituit ejus perfectionem . His de causis disserere hoo loco 1º de simplici et composito , 2º de infinito et finito expedit.

§ I. De composito et simplici.

I. De composito.

436. — Compositio accipi potest 1º *actice* , nempe pro unitione unius cum altero , et dici solet compositio *ad hanc* , 2º *passivè* , pro re ipsa effecta , nempe *pro uno ex pluribus resultante* , et appellatur compositio *ex his* , et est ipsum compositum.

Ens ergo compositum est *id omne quod ex pluribus constat simul junctis*. Potest ergo compositum in plura resolvi.

437. — Compositio triplex distingui solet , realis seu physica , logica et metaphysica .

1º Compositio dicitur *physica* quando exsurgit ex par-

tibus realiter diversi; ejus ergo componentia sunt realiter distincta (99 1^a, et 386 1^a); v. gr. animus et corpus in homine. Itaque ad compositionem physicam tria requiruntur: 1^o unitas realis, 2^o distinctio realis inter partes componentes, 3^o concursus illorum extremorum ad unum, et unitis in illo uno.

2^o Compositio dicitur *logica* quando coalescit ex partibus sola cogitatione distinctis: v. g. ex genere et differentia sumptis formaliter, nempe ut sunt praedicabilia (49).

3^o Compositio dicitur *metaphysica* quando exsurgit ex partibus distinctione formali discriminatis.

Compositiones ex essentia et esse, ex suppositalite et natura, sunt compositiones metaphysicæ.

III. De simplici.

438. — Simplex, quod composito opponitur, per hujus negationem definitur. Sei compositum partibus coalescit sive *actu*, sive potentia distinctis, si est compositum physicum, et sola ratione, si est compositum logicum aut metaphysicum; et exinde aliiquid dicitur *physic simplex* quando non constat partibus realiter aut potentialiter diversis, dum ens dicitur *metaphysic simplex*, quando nec *ratione* potest in partes resolvi, sicut distinctiones rationis admittere possit. Hinc simplex erit *id omne quod pluribus non constat*.

439. — Simplicitas et compositio possunt considerari in aliquo genere, v. g., in genere substantiae, in genere qualitatis, etc. Simplicitas, qua nullo modo resolvi potest, dicitur *absoluta*, et idcirco non est in aliquo genere.

Simplex in quadam genere est aliquo modo divisibilis: licet enim non possit resolvi juxta eam rationem qua dicitur simplex, verumtamen sub alio respectu potest esse divisionis obnoxium: v. g. substantia simplex, ut animus, est divisibilis secundum plures facultates; aurum, quoad speciem substantiae, non est aliquod compositum ex variis metallis: spectata igitur sola ratione substantiae, aurum potest dici simplex, licet ratione quantitatis, sit aliquod compositum. Ergo *simplex ab inextenso differt*.

440. — THESIS. *Notio simplicis merè negativa non est.*

Probatur. Notio simplicis aliquam præ se fert positivam realitatem quæ compositionem excludit; v. g. actus animi simplices sunt quedam realitates positive, quas refert sensus intimus. Atqui realitates positive qua compositionem excludunt, non sunt perfectiones sola exclusione compositionis constantes. Ergo notio simplicis merè negativa non est, sed simul constat aliqua positione et aliqua negatione.

§ II. De finito et infinito.

441. — Finitum, juxta vim nominis, idem est ac limitibus circumscripsum, ac proinde finitum dicitur ens, *quod limites habet*. Infinitum idem est ac limitibus expers, et exinde definiri potest: *Id quod limites non habet*. Igitur finitum et infinitum important, primum, affirmationem, et secundum, negationem limitis.

Ad veram sive infiniti, sive finiti notionem nobis comparandam, sedulo quærere debemus, *quid est limis?* Idea limitis duo involvunt: 1^o affirmationem aliquam 2^o alieui negationi admixtam; significat enim simul aliquam realitatem et defectum ulterioris perfectionis in ea. Est ergo ex parte *positiva*, nam nihilum per se non habet limites; ut sit limis, requiritur realitas limitata. Est ex parte *negativa*, nam confinium importat exclusionem alicuius ulterioris perfectionis.

442. — Finatum potest considerari in aliquo genere perfectionis, aut sub sola ratione communis finiti, quæ omnibus prorsus entibus, quocumque modo limitatis, competit: et tunc dicitur *finitum in communi, seu abstracte ac simpliciter sumptum*.

Finatum in aliquo genere, seu finitum *aliquid*, est hoc ens reale quod tales limites determinatos habet.

Finitum *simpliciter sumptum* est ipse conceptus abstractus omnium entium realem, aut possibilium, certos limites habentium. Ens finitum, sic absolute sumptum, non est unum simpliciter, sed tantum secundum abstractionem, seu communem rationem: plures autem ac variae rationes entium finitorum sub se comprehendunt.

443. — Infinitum aliud est actu, aliud potentia infini-

tum, prout omnem perfectionem actu habet, vel in ratione perfectionis sine fine augeri potest. Primum a veteribus appellatur infinitum *categorematicum*, et alterum, *syn-categorematicum*, quod proprio nomine vocatur *indefinitum*. Indefinitum propriè non est sine fine, sed *sine fine finitum*, quatenus semper capax est ulterioris incrementi, ac proinde semper limitatum respectu hujus adventitiae perfectionis.

Infinitum *synategorematicum* fieri potest tripliciter, scilicet vel *additione*, aut *detractive*, ut in numero; vel *successione*, ut in tempore et motu; vel *divisione*, ut in continuo.

444. — THESIS I. *Infinitum actu nequit mensurari quo-cunque modo.*

Probatur. Mensuratio fit successivis applicationibus unitatis. Atqui haec successiva applicatio habet rationem numeri finiti. Ergo infinitum nequit mensurari quia sit simul finitum et infinitum. Constat enim applicationem hanc habere rationem finiti, quia fit per jugem additionem, cuius norma est mensura finita.

445. — *Corollarium.* Exinde patet notionem infiniti non haber per continuam additionem finiti; secus infinitum, preterquam quod esset aliiquid compositum, limitibus non vacaret; nam talis additio perfectioni *terminata* non nisi terminatam adiungeret perfectionem. Ergo falsa est opinatio Lockii putantis conceptum infiniti efformari per interminabilem seriem et acerationem finitarum perfectionum.

446. — THESIS II. *Differentia finiti ab infinito non potest esse aliiquid finitum.*

Probatur. Si haec differentia finita finito additi constitueret infinitum, duæ quantitates finitæ infinitam aquarent, ac proinde infinitum mensurari posset. Ergo ex falsitate consequens patet falsum esse antecedens.

447. — THESIS III. *Multitudo actu infinita repugnat.*

Probatur. Si multitudo esset actu infinita, cunclusum unitatum quibus constat, deberet esse infinitus. Atqui id repugnat. Ergo nulla multitudo actu infinita.

Probatur minor. Ille numerus infinitus non differret a numero immediatè precedenti et finito, nisi *unitate*, seu ultimo incremento. Ergo differentia inter finitum et infinitum una tantum unitate constaret, quod manifestam importat absurditatem.

448. — *Corollarium.* Hinc, 1^o repugnat extensio realis infinita et tempus reale acti et ex omni parte infinitum.

2^o Quantitates infinite mathematicorum non constituent infinitum actualē, sed solūmodo connotant quantitatem finitam in se, quæ tamen est terminus inextensibilis aliquis seriei indefinitæ: hic terminus nullam habet communem mensuram cum elementis quibus constat ipsa series; et propter hanc improportionem, hæc series, quantumvis protracta, ad hunc terminum nunquam devinire potest. Hinc respectu hujus legis incrementi aut decrementi dici potest infinitum, licet in se sit aliud finitum, quod cum unitatibus alterius ordinis mensurari potest; sed cum norma seriei quam claudit, mensurari nequit.

449. — THESIS IV. *Notio finiti non fundatur in prævia infiniti notione.*

Nota. Plato, Cartesius, Fenelon et alii censurerunt finiti notione non nisi per infiniti conceptum cognoscit. Finitum enim aliquam importat limitationem, ac proinde cognosci nequit, nisi limes quo determinatur, sit prius cognitus. Porro, juxta landatos auctores, limitatio finiti non posset inventari nisi in infinito; nam aliud quia semetipso non limitatur. Inde finiti notio in prævia infiniti notione fundaretur.

His præmissis, ad probationem thesis aggredimur.

I. Eatentus notio finiti necessariò fundatur in prævia notione infiniti, quatenus obtineri non posset nisi ope hujus præviae notiorum. Atqui notio finiti revera altera obtineri potest, seu notione infiniti non necessariò subaudit. Ergo finitum sine prævia infiniti notione cognoscere valens.

Major non potest negari ab adversariis, nam ipsam refert rationem qua adstruunt necessitatem præviae notioris infiniti.

Minor tantum probari debet. Finiti notio, ut antea diximus, duo importat, scilicet entitatem aliquam, et limitem hujus entitatis, seu negationem ulterioris realitatis (541).

Porro 1^o nihil vetat quoniam aliquam *realitatem cognoscamus* sine hac previa notione infiniti : et hoc liberter fatentur adversarii.

2^o *Negatio*, quam importat notio finiti potest etiam facilissime explicari sine previo conceptu infiniti. Etenim limes non importat nisi negationem alicuius superioris perfectionis sive finita, sive infinite. Si necessario diceret negationem infiniti, enimvero sine hac notione explicari non posset; sed realitas finita in alia realitate finita profecto includi potest : et exinde ab ipsa limitari : v. g. homo in hac exdera, ager in aliqua regione, exhibent res limitatas quarum limes non est aliquid infinitum. Ergo haec ulterioris perfectionis negatio non necessaria relationem dicit ad infinitum. Dum habeo prae oculis rem qua continetur, et rem qua continet, video primam esse ab alia limitata. Hinc ad negationem, quam includit notio finiti, explicandam, sufficit cognitione gradum inter res infinitas.

II. Confirmatur thesis ex eo quod finitum in variis linguis non est vox negationem infiniti importans, dum infinitum semper exhibetur ut negatio finiti. Ergo ex indeole linguarum constat tantum abesse ut notio finiti obdineatur ex negatione infiniti, quod infiniti notio exhibeat ut efformata ex negatione finiti.

450. — *Scholium*. Adversarii potissimum dicipiuntur ex eo quod finitum considerant tantummodo juxta communem rationem finiti (442), que de omnibus finitis actualibus et possibilibus predicari potest. Concipiunt hanc rationem communem ut aliquod finitum universale, objectivum, omnia finita creata et creatibilia complectens. Jamverò limites hujus fantastici finiti inveniri certò nequeunt nisi in infinito; nam Deus solus possibiliter limitacionis a se repellit. Ipsa igitur abstractio, seu universalitas fit elementum objectivum seu aliqua notio qua ingreditur in comprehensionem idee finiti : atque haec confusione peracta, originem hujus ideæ non invenire amplius queunt nisi in conceptu infiniti.

ARTICULUS II.

De entium perfectionibus quoad modum existendi.

451. — Ens, quoad modum existendi spectatum, varias etiam sortitur perfectiones, ac proinde varie determinatur ac dividitur. Modi existendi sunt 1^o necessitas et contingencia, 2^o immutabilitas, et mutabilitas, 3^o aeternitas, aevum et tempus. Hi modi dicuntur perfectiones quia exhibent veluti ultimum complementum in ratione existendi.

Ista perfectiones, una cum superioribus, dicuntur etiam proprietates disjunctivæ, quatenus enti, ut sic, et singulis eius inferioribus non simul convenient, ad discrimen proprietatum simplicium, que simul enti et singulis eius inferioribus competent.

§ I. De notione entis necessarii et contingentis.

452. — Necessarium dicitur illud *quod est et non potest non esse*, contingens verò *quod potest esse et non esse*.

Triplex assignari potest necessitas et contingencia, nimirum *logica*, *physica* et *metaphysica*. Prima est modus quo *propositio* dicitur necessaria vel contingens (170). Secunda est modus quo *naturales causa* sunt naturaliter determinante ad suos effectus : v. g., frigus est proprietas necessaria glaciei : hec voluntio est effectus contingens voluntatis. Tertia est modus quo *ens* est ; huic propriè congruit definitio superius data.

Triplex etiam esse potest hec necessitas metaphysica, et totuplex contingencia, scilicet in essendo, in existendo et in operando, prout ens aliter se habere nequit, vel potest, sive *quoad essentialiam*, sive *quoad existentiam*, sive *quoad operationem*.

453. — Necessitas etiam distinguitur in *simplicem* et *secundum quid*. Necessarium *simpliciter* est id quod alle modo se habere nequit : est ergo necessitas *rei in se*. Necessarium *secundum quid*, est id quod requiritur ad finem aliquem assequendum ; est ergo necessitas *medii alicuius*. Prima potest esse absoluta, et est necessitas

entis omnino indefectibilis et invariabilis tum in essendo, tum in existendo, tum in operando. Secunda generatim potest etiam conceptus ut necessitas entis invariabilis sub aliquo respectu, licet variabilis sub aliis.

454. — THESIS I. *Necessitas metaphysica, absolutè seu simpliciter sumpta, soli Deo concvenit.*

Probatur. Illud est absolutè necessarium cui repugnat prorsus omnis contingentia modus. Atqui id soli Deo repugnat omnis contingentia sive in essendo, sive in existendo, sive in operando. Ergo Deus solus est ens simpliciter et absolutè necessarium.

455. — THESIS II. *Omnne contingens existere nequit nisi ab aliqua causa producatur.*

Probatur. Ens dicuntur contingens quia potest non existere, seu est ens indifferens ad existendum. Atqui id quod intrinsecus non determinatur ad existendum, non nisi extrinsecus potest ita determinari. Ergo, cum existit, seu est semel determinatum ad existendum, id habere debet ab aliqua causa.

456. — *Scholium.* Contingens actu existens potest existentiam amittere, siquidem non intrinsecus, sed extrinsecus, determinatur ad existendum, ac proinde in se numero, determinatur ad existendum, non quam habet rationem sua existentiae. Interire potest sive per corruptionem, quando resolutiv in partes quibus constat: sive per annihilationem, quando ita destruitur, ut nihil illius remaneat. Substantia composita utroque modo interire potest, dum substantia simplex, non nisi per annihilationem, amittit entitatem.

457. — THESIS III. *Quodlibet ens, praeter Deum, est vel contingens, vel necessarium necessitate secundum quid.*

Probatur 1º Quod alia entia, praeter Deum, non sint simpliciter et absolutè necessaria, id constat ex antea dictis (454); hinc illis non potest competere nisi necessitas secundum quid.

2º Quod habere possint hanc necessitatem secundum quid, manifestatum est; nam, saltem quoad essentialiam, res sunt necessariae (281).

3º Entia creata sunt contingentia, quatenus transuent e

nihil ad esse physicum, et exinde in *existendo* dicuntur simpliciter contingenta.

458. — *Scholium.* Ens aliquod potest dici necessarium quidem, sed necessitate secundum quid, quantum ad existentiam, cum in se non habeat principia corruptionis; quales sunt angelii et animae rationales: contingens vero, quantum ad operationes: possunt enim ab una operatione in aliam permutari, imo etiam possunt agere vel non agere.

§ II. De notione entis mutabilis et immutabili.

459. — Ens necessarium immutabilitatem sibi vindicat, dum ens contingens, prout tale, mutationi est obnoxium. Disputatio igitur de mutabilitate et immutabilitate immediata sequitur tractationem de necessitate et contingentiâ.

Mutatio est transitus entis ex uno statu se habendi in alium statum. Ad mutationem tria requiruntur: 1º terminus a quo, 2º terminus ad quem et 3º utriusque subjectum. Terminus a quo est id quod recipit motum; terminus ad quem est finis motus; subjectum est id quod transit ab uno termino in alium.

Quoniam etsi ens illud mutari potest quod est indifferens ad terminum, Ergo ens simpliciter necessarium, quod ita est ut concepti non possint tanquam indifferens in existendo, non est mutationi obnoxium.

460. — Mutabilitas dividi potest, 1º in intrinsecam et extrinsecam. Mutabilitas *intrinseca* consistit in eo quod possit recipere vel amittere aliquam perfectionem intrinsecam. Mutabilitas *extrinseca* consistit in diverso ordine quem em recipere vel amittere potest ad alia entia. Ex.: quando quis ex indocto evadit doctus, fit in illo mutatio intrinseca; quando quis a dextera alienus hominis se vertit ad sinistram, fit mutatio extrinseca; prior respectus immutatur.

2º Immutabilitas vel mutabilitas, non secutus ac necessitas et contingentiâ, spectari possunt quoad essentialiam, quod existentiam, et quoad operationem, id est quoad ea omnia que existentiam consequuntur.

461. — Ens quod mutationem non subiit, dicitur sibi identicum. Si haec identitas omnimodam repellat muta-

tionem, dicitur *absoluta*; si in ente aliqua fit mutatio quatenus sensum effugiat, identitas erit *relativa*; denique si aliquid varia subiit mutationes, que sub sensu cadunt, et tamen in communi hominum estimatione illud ut idem habeatur, haec identitas dicitur *moralis*; v. gr., aedificium fere ex integrō pedetentim instauratum est moraliter sibi identificum.

462. — Mutatio quadammodo, scilicet ratione, distinguunt ab actione et passione. Mutatio enim, prout consideratur in agente vel est ab agente, dicitur *actio*; prout in paciente seu recipiente actionem agentis spectatur, *passio* appellatur; quapropter mutatio ratione ab utraque distinguitur.

§ III. De notione entis aeterni, aeternitati et temporani.

463. — Aeternitas, aevum et tempus sunt diverse species durationis. Durationis nomine intelligitur *perseverantia, seu permanentia rei cuiuslibet in suo esse*.

Duratio distribuitur a philosophis in *increatam*, quam soli Deo convenient, et *creataam*, qua creaturis competit.

Duratio creata subdividitur in *aevum et tempus*.

Omnis igitur entium duratio reducitur ad aeternitatem, aeternitatem et tempus.

I. De aeternitate.

464. — Aeternitas est duratio entis increati et immutabilis. Haec duratio est *existentia sine initio, sine fine, sine successione*. Definitur a Boetio: (Lib. V *De consolatione phil.*) *Interminabilis vita tota simul et perfecta possessio*.

Dicitur 1^o *Interminabilis vita*; aeternitas enim soli Deo proprio convenient, cuius Esse (ut vita sumptum) initio et finis caret, seu *terminos* non habet nec habere potest. 2^o *Possessio*, quia Deus vivit vita nobilissima et indefectibili, et exinde ita permanet in esse, ut suum esse plenè possideat. 3^o *Tota simul*, id est, nullo modo successiva, quia ens successivum dei nequit simpliciter interminatum, quippe quum partes habeant finitas, et limitatas: in actu vero absoluto et necessario, nihil est quod non semper eodem modo sit. Dicitur 4^o *perfecta*, quia quum sit Deus su-

prenum omnium entium, est actus purus, in quo successio absolutè repugnat.

Ex hac definitione constat in aeternitate non reperiiri sive *transactum sive futurum*, sed tantum *presens*.

465. — At aliquando solemus aeternitati sine errore tribuere prateritum ad futurum; et hic usus loquendi reperiatur etiam in sacris Scripturis, ubi tria tempora Deo tribuntur. *Eternitas enim duplici respectu considerari potest, scilicet: 1º formaliter, et tunc est indivisibilis, immutabilis; 2º potest etiam considerari virtualiter, et quod relationem extrinsecam quam habet ad eam tempus, et praे hujus relatione extrinseca dici potest divisibilis, successiva.*

Ista dictiones, qua sine errore enti aeterno tribuntur futurum, presens et transactum, desumuntur ex nostro concipiendi modo, qui durationem non determinat nisi per comparationem ad tempus. Conceptus transacti et futuri sunt complexi et duo continent: *positionem aliquam et negationem*, nempe 1^o affirmant realem existentiam ante vel post presens, 2^o negant actualem possessionem existentie. Hi conceptus, ut per se patet, aeternitati applicari nequeunt, nisi juxta affirmationem.

466. — Quia aeternitas omni tempori coexistit, potest considerari ut respondens variis temporis partibus. At haec coexistencia non ita accepi debet, ac si quedam aeternitatis partes partibus temporis responderent; nam tota simul coexistit euilibet tempori et tota omnibus temporibus.

II. De vitermitate.

467. — Duratio creata permanens (463) dividitur in durationem immutabiliter *natura sua* permanentem, que *aevum* appellatur, et in eam, que licet permanens sit, tamen ex se habet permanentiam non immutabilem, sed *natura defecibilis, seu que rapte habere potest finem*.

Quod ad nomen attinet, *aevum* græcum sumitur etiam pro aeternitate; sed ex usu Theologorum sumitur pro duratione rerum incorruptibilium, seu angelorum et animalium rationalium.

Aevitermitas a quibusdam definitur: *Duratio creata*

permanens et incorruptibilis ab intrinseco. Dicitur 1^o *duratio creata*, inde diversa ab aeternitate, dicitur 2^o *permanens*, quia est duratio rerum permanentium, quae scilicet partem post partem non obtinet, quales sunt angelii et animae rationales. Dicitur 3^o *incorruptibilis ab intrinseco*, ut aeterna distinguantur a compositis physicis, quae corruptibilia sunt ab intrinseco : sic distinguitur a temporibus.

408. — *Ævum*, ut constat ex dictis, partim cum aeternitate, partim cum tempore convenient et ab eis discrepat. Convenit quidem cum aeternitate, eò quod tota sit simul et indivisibilis duratio carens fine et successione prioris et posterioris : per quod a tempore distinguitur. Convenit vero cum tempore quatenus habuit exordium, et posset habere finem, saltem per extraordinariam Dei potentiam.

Attamen sanctus Bonaventura negat ævum esse durationem permanentem, licet sit duratio rei permanentis, seu putat esse durationem successivam.

Sanctus Thomas verò cum omnibus ferè Theologis sententiam tenet huic contrariam. Et haec secunda sententia ut vera et certa proponitur a Suarezio. Rationes quibus fulcuntur istae sententiae prætermittimus, quia duratio, quo est perseverans entis existentia, non potest aliter determinari, nisi querendo quid sit ens ejus duratio determinanda est ; sed præterquam quid natura angelica non est rationi humanae omni ex parte pervia, ejus distinctione ad ontologiam non perficit. Tamen potest generatim dici contra primam sententiam, quod in substanciali existentiâ angelorum non est realis successio ; quapropter ævum non potest esse duratio successiva.

III. De tempore.

409. — Temporis natura est adeo explicatu difficilis, ut sanctus Augustinus, in libro XI *Confessionum*, cap. 14, fateatur illius notitiam se asseQUI non potuisse. Sic enim ait : « Quid est tempus ? Si nemo ex me querat, scio ; si querenti explicare velim, nescio. » Licet nihil familiarius et notius in loquendo sit quam tempus, tamen hujus notioris analysis est omnium fortasse difficultissima.

« Fiderenter tamen, » subjungit sanctus Augustinus in

codem loco, « dico : scire me quid si nihil preteriret, non esset *præteritum tempus* ; et si nihil adveniret, non esse *ad/futurum tempus* ; et si nihil esset, non esset *præsens tempus*. » Temporis ergo notio tria clementa continent : *præteritum*, *præsens* et *futurum*, ac proinde est *duratio cum successione*.

Quum tempus sit duratio entis *mutationibus obnoxii*, a nonnullis definitur post Aristotelem : *Mensura motus* (1) *secundum prius et posterius*.

Dicitur 1^o *mensura motus*, quia tempus est duntaxat mensura rerum successivarum. Sicut per mensuram judicamus plus vel minus in re qualibet, sic per tempus plures aut pauciores in subjectis permanentibus mutationes sibi succedentes agnoscamus. Dicitur 2^o *secundum prius ac posterius*, quia tempus, sive duratio motus est ipse motus prout habet prius et posterius. Brevius et dilucideus definiri potest : *Duratio cum successione*.

470. — *THESSIS I. Tempus, et generatim duratio, non distinguuntur realiter a re durante, sed ratione duntaxat.*

Probatur prima pars. Duratio est extensio quædam et continuatio existentie. Atqui hoc ipso quod res aliqua producitur et conservatur, nempe quod terminat actionem productivam et conservativam, durat vel instanti vel tempore. Ergo nihil aliud revera est duratio quam res durans.

Probatur secunda pars. Duratio tamen distinguitur ratione ab existentia. Propriè enim duratio existentiam non dicit, sed perseverantiam aliquam in eadem existentia. Atqui haec perseverantia, licet non sit aliquid realiter distinctum a re perseverante, aliquid nihilominus dicit quod formaliter non includitur in conceptu existentiae. Etenim conceptus durationis conceptui existentiae adjicit notiem successionis aut permanentie. Ergo tempus aut

(1) Motus ab Aristotele (3 Phys. sect. 6) definitur : actus entis in potentia, prout in potentia est. Dicitur 1^o *actus*, quia informat et actuat ipsum mobile. Dicitur 2^o *entis in potentia*, i. e. ipsius subjecti, quod est in potentia ad aliquam aliam formam. Dicitur 3^o *prout in potentia*, quia est actus imperfectus, qui actuat suam subjectum, prout istud est in potentia ad talen formam. Itaque constituit subjectum formaliter in via formam ulteriorem.

duratio generatim inspecta a re durante ratione distinguatur.

471. — THESIS. II. *Tempus intrinsecum non distinguitur realiter a motu rerum.*

Nota. Tempus a philosophia distingui solet in intrinsecum et extrinsecum: *Intrinsecum* est duratio successiva rerum que tempore mensurantur. *Extrinsecum* vero eadem est rerum duratio quatenus ordinem et respectum dicit ad motum aliquius externi corporis, per quem duratio successiva rei mensuratur.

Probatur. Quae distinguntur realiter, aut possunt realiter separari, aut sunt in diversis subjectis, aut ex illis unum producitur ab altero. Atqui idem numero motus 1º separari realiter a duratione sua intrinseca nequit, 2º motus et duratio non sunt in diversis subjectis, nec denique 3º motus a duratione realiter producitur, aut vicissim. Ergo tempus intrinsecum a rerum mutationibus non distinguitur.

Corollarium. Existentia rei mutabilis semel adopta perseverat sine interruptione usque ad suum interitum, ac proinde permanentia existentiae mutabilis exhibet aliquid continuum. Hinc tempus reale, quod est hæc ipsa permanentia existentiae mutabilis, est continuum; non constat ergo ex indivisiiblibus, ut melius postea videbimus, dum agemus de continuo.

472. — *Scholium.* Tempus potest per abstractionem monitis considerari in se, prescindendo a rebus mutabilibus, et tunc habetur tempus possibile, seu absolutum, aut imaginarium et ideale: quod nihil aliud quidquam est quam possibilitas successionis.

EXPLICIT ONTOLOGIA.

INDEX SYNOPTICUS.

PRIMI VOLUMINIS.

PROCEMIUM.

§ I. De Philosophia definitione.

Philosophia sumi potest tam pro mentis conatu ad sapientiam, quam pro ipsa sapientia. In hoc ultimo sensu definitur: *Scientia que disceptat de ultimis omnium rerum rationibus quas homo sole ratione duce consequi potest.*

§ II. De utilitate Philosophiae.

Iº Philosophia est utilissima ad alias scientias discendas et quidem 1º ad scientias speculativas, in quantum rationem veri in genere suppediat; 2º ad scientias practicas, in quantum præbet ordinis et boni, necnon naturæ entium dirigendorum cognitionem.

IIº Utilis est respectu hominis, sive privatum sumptu, facultates eius promovendo et perficiendo, sive in statu sociali considerati, quatenus genuinum ordinis et societatum constitutionis conceptum affert.

IIIº Utilis est religioni quia 4º obstacula removet sophismata diluendo, 2º demonstrat *præambula fidei*, 3º promovet aptitudinem naturalem ad revelationem excipiendo, et præterea theologo methodum et speculativos conceptus subministrat.

§ III. De habitudine Philosophiae ad alias scientias.

Iº Quoad scientias ordinis naturalis, philosophia est simpliciter regina et dux, ut potè alias suffundata principia præbent.

IIº Quoad scientias ordinis supernaturalis, simpliciter subjacet; 4º ratione objecti; quia ordo supernaturalis na-